

[II p 5]

Dicitur autem contum quasi conitum a cono quod est acuta rotunditas sicut dicit Isidorus Ethymologiarum libro 18,
 capitulo de hastis ^{2^{ta} SI CALLEM id est semitam HUIUS VITE INTRASSES VIATOR VACUUS scilicet sine diuiciis quasi diceret si uitam presentem in paupertate duceret (102) CORAM LATRONE CANTARES quasi diceret ita securus esses sicut ille qui cantat coram latrone eo quod non habet unde spolietur. Et illud sumitur a Iuuenali qui satira decima sic ait:}

pauca licet portes argenti uascula puri
 nocte iter ingressus gladium contumque timebis,
 et mote ad lunam tr^{ip}lidabis arundinis umbras:
 cantabit uacuus coram latrone uiator.

igitur Si ergo⁷⁶ diuicie ita possidentibus nocent, licet cum indignacione dicere (102) O PRECLARA et facit yroniam⁷⁷ BEATITUDO OPUM MORTALIUM id est ut⁷⁸ non preclara⁷⁸ sed uilis QUAM CUM ADEPTUS FUERIS SECURUS ESSE DESISTIS.⁷⁹

[II m 5]

FELIX NIMIUM metrum quintum quod dicitur parchemiacum⁷⁹ ab inuentore anapesticum² a pede predominante et est dimetrum id est

2 XVIII vii, 2 ** v. 19-22

76 ergo JR igitur PO / 77 yroneam J / 78 ut non preclara PO non est preclara R non ita est preclara J / 79 desistis desistis etc. J /

1 parchemiacum JR prochemiacum PO / 2 anapesticum PO anapestum RJ /

quatuor pedum cathialectum una sillaba deficiente. Remanet enim tantum post tres pedes una sillaba de quarto pede. Constat autem tribus anapestis et sillaba abundante. Recipit autem spondeum primo et secundo loco tercio numquam. Quia ergo³ sicut Philosophia inuexit contra diuicias hic commendat primam etatem que sine cupiditate diuiciarum erat et deplangit etatem presentem in qua auaricia et cupiditas diuiciarum dominat. Et est hic considerandum quod poete quatuor estates mundi distinxerunt quas sub similitudine quatuor metallorum scripserunt. Primam enim etatem posuerunt in qua homines more inculto⁴ et cum innocencia transegerunt uitam et hanc uocabant auream sub Saturno. Secundam etatem⁵ posuerunt quando homines licet rudes aliquo tamen modo culcios uixerunt quia tunc ceperunt inhabitare domos et colere terram et istam uocabant argenteam sub Ioue quia minor erat innocencia tunc quam prius. Terciam posuerunt eneam quando homines propter curam rerum propriam⁶ ceperunt alios depellere nec totaliter tamen erant dediti malicie.⁷ Sed quartam etatem dicebant ferream quando in tantum habundabat auaricia et malicia hominum quod nec fides nec iusticia in terra manebat. Unde Ouidius primo⁸ Metamorphoseon describens istas estates de iusticia dicit:

3 ergo JR igitur P0 / 4 iōīēō J / 5 secundam etatem RPO
 secundam J / 6 propriam RPO propositum J / 7 in ali^e J /
 8 primo RPO c^op^o J /

et uirgo cede madentes
ultima celestum⁹ terras Astrea reliquit.

De prima igitur¹⁰ estate et ultima¹⁰ loquitur hic Boecius et secundum
hoc in isto metro duo facit. Primo primam etatem commendat.

Secundo nostram etatem que est ultima deplorat ibi (23) UTINAM.

Dicit ergo¹¹ (1) PRIOR ETAS NIMIUM FELIX scilicet fuit CONTENTA

ARVIS FIDELIBUS scilicet quia non falso transtulerunt terminos

aruorum ut¹² possessiones suas dilatarent (3) NEG PERDITA LUXU

INERTI id est non erat dedita luxurie et bene dicit LUXU INERTI

quia inercia et ocium ut multum sunt causa luxurie! Unde

Ouidius de remedio amoris

ocia si spernas periore Cupidinis arcus (uel artes). f

Item

queritis Egistus quare sit factus adulter?

in promptu causa est: desidiosus erat. c

¹³ Est autem luxus triplex ut docet Boecius de disciplina scolarium:

quedam in coitu; quedam in cibo et potu; quedam in uestitu.

Quomodo autem quolibet istorum homo ad perditionem inducitur satis
docet ibidem¹⁴ (4) QUE scilicet etas SOLEBAT SOLVERE IEIUNIA SERA

a: v. 149-150

b: v. 139

c: Ibid. v. 161-162

d: Migne PL 64, 1227C

9 scelестум J / 10 igitur estate et ultima R igitur et ultima

estate P ergo estate et ultima J / 11 ergo JR igitur P / 12 ut R
P J R J R

uel J / 13 est autem luxus... docet ibidem(item J) O J R

hic nota de triplici luxu in primo folio huius P /

[II m 5]

scilicet quia tarde comedebant expectando esuriem FACILI GLANDE
 scilicet quia de facili inueniebatur et sine difficultate
 apparatus cedebat in usum¹⁴ hominum (6) NON NORANT id¹⁵ est non
 nouerant¹⁵ scilicet homines illius etatis CONFUNDERE id est miscere
 BACHICA¹⁶ MUNERA id est uina quia Bachus dicitur deus uini (7)
 LIQUIDO id est claro MELLE ad faciendum pigmentum et claretum sicut
 modo fit (8) NEC scilicet nouerant MISCERE LUCIDA VELLERA SERUM
 id est illorum populorum TYRIO VENENO id est sanguine conchiliorum
 quo tingitur purpura quorum copia circa Tyrum inuenitur. Et uocat
 hanc tincturam uenenum quia sicut corpora nigrescunt ueneno sic
 illa purpura nigro conchiliorum sanguine tingitur. Nota secundum²¹
 Isidorum Ethymologiarum libro nono, capitulo de uocabulis gencium,
 Seres a proprio oppido nomen sortiti sunt gens ad orientem sita
 apud quos de¹⁷ arboribus lana¹⁷ contexitur. Idem libro 19,
 capitulo de lanis, sericum dictum quia illud Seres primi miserunt.
 Vermiculi enim ibi¹⁸ nasci perhibentur a quibus hic circum arbores
 fila ducuntur. Vermes ipsi bombices¹⁹ Grece nominantur. Ista
 igitur fila a uermibus operata uocat hic (8) LUCIDA VELLERA.
 Continuacio: ita²⁰ dixi quod talia delectabilia et preciosa in illa²¹

a IX ii, 40

14 usum RPO usus J / 15 id est non nouerant RPO .i. nomat (-at in
ras.) J / 16 bachica RP bachita J0 / 17 de arboribus lana J0
 lana de arboribus P0 / 18 ibi P0 ibidem J om. R / 19 bombices J0
 bombaces RP / 20 ita RPO ista J / 21 illa et RPO prima et J /

estate non habebantur sed transigebant uitam innocentem modo rudi.
 Non enim dormiebant in lectis pictis sed (10) SOMPNOS SALUBRES
 DABAT HERBA, POTUM QUOQUE LUBRICUS AMNIS, UMBRAS ALTISSIMA PINUS
 non enim usus domorum et curiosorum edificiorum adinuentus erat
 (13) NONDUM HOSPES scilicet aliquis existens quia omnes in propria
 manebant patria MARIS ALTA SECABAT quia nondum nauis usus erat (14)
 NEC MERCIBUS UNDIQUE LECTIS VIDERAT NOVA LITTORA²² id est peregrina
 et extranea (16) TUNC scilicet in estate illa SEVA CLASSICA id est
 cornua uocancia ad bellum (uel tube) dicta classica a calo quod
 est uoco TACEBANT nondum enim pulularant²³ illa uicia que homines
 ad bella incitant (17) NEQUE CRUOR FUSUS ACERBIS ODIIS TINXERAT
 ARMA²⁴ HORRIDA quia nondum usus erat armorum cum materia pugnandi
 deesset unde dicit (19) QUID ENIM id est propter quid FUROR
 HOSTICUS VELLET PRIOR ARMA MOVERE CUM VIDERENT²⁵ VULNERA SEVA
 NEC ULLA PREMIA scilicet esse SANGUINIS quia nichil erat pro quo
 pugnarent. Deinde cum dicit (23) UTINAM plangit etatem presentem
 dicens UTINAM TEMPORA NOSTRA id est condiciones temporis nostri
 REDIRENT MODO IN MORES PRISCOS sed quod dolendum est non est ita
 (25) SED AMOR HABENDI id est cupiditas SEVIOR IGNIBUS ETHNE quia

 22 lit(t)ora RPO littoria J / 23 pulularant O pululauerant R
 pululabant P pulularent J / 24 arma RPO arua J / 25 uiderant J
 uideret R uideat P uiderat O /

[II m 5]

ex eo plura mala hominibus proueniunt FERVENTES ARDET. (27) HEU
 QUIS FUIT ILLE QUI PRIMUS FODIT PONDERA AURI TECTI ET GEMMAS
 LATERE VOLENTES ? quia naturaliter in latenti gignuntur. PONDERA
 AURI ET GEMMAS dico PRECIOSA PERICULA quia multi propter eorum
 preciositatem incurruunt pericula.

[II p 6]

QUANTAS

QUID AUTEM prosa sexta. Postquam ostendit Philosophia
 diuicias non esse¹ magnopere appetendas tamquam² hominis bonum,
 hic³ ostendit idem de potestate et dignitate. Et circa hoc duo
 facit. Primo enim suum intentum declarat secundo quoddam⁴ dictum
 per exemplum manifestat metro sexto ibi NOVIMUS QUANTUS. Circa
 primum tria⁵ facit. Primo probat intentum suum de potestate et
 dignitate simul, secundo de potestate per se ibi (13) QUE VERO
 EST, tercio iterum simul de potestate et dignitate ibi (40) AD
 HOC SI IPSIS. Circa primum ponit rationem que sic formari potest:
 illud non est in se bonum nec magnopere appetendum quod malos
 peiores efficit et bonis bonitatem non adicit. Sed huiusmodi
 sunt potestates et dignitates, ergo etc. Dicit igitur (1) QUID
 AUTEM DISSERAM DE DIGNITATIBUS ET POTESTATIBUS quasi diceret

1. non non esse J / 2 tanquam O umquam RJP / 3 hic RP0 hoc J /
 4 quoddam RP quidem JO / 5 tria JR duo P0 /